



NVMMI CASTRENSES

MAXIMILIANI ARCHIDVCIS AV-

striae, & Sigismundi Sueciae Principis, de Regno

Poloniae disceptantium: cusi, Anno

Christi 1587.



Stephano Bathoreo Poloniae Regemortuo, cum ordines Regni de novo Rege varia agitarent consilia, & post aliquot Compeditores exclusos, superessent Maximilianus Archidux, & Sigismundus Sueciae Princeps, ille propter familiae Austriacae potentiam: cum praecipuis orbis terrarum Principibus propinquitatem: benignitatem animi atque comitatem multos habens fautores, ab una parte suffragantium, tam Polonorum, quam Lituorum Rex legitimè renunciatur. Alij verò Austriaco nomini minus faventes, sibi indulgentes, sine tamen Lituorum assensu, citraque magnum senatorum numerum, & ordinis equestris scitum, Sigismundum Sueciae Principem,